



M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 9. Illustratus locus è primo Topicorum Aristotelis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Illustratus locus è primo Topicorum Aristotelis.

C A P V T I X.

Q uodam loco è primo Topicorum Aristotelia vis particulæ ἡρός non satis è Latinis interpres percipi potest: vbi sic philosophus loquitur: Μάσσανέτω δ' ἡρός, δη τὸ ἡρός τοῦ ιδιοῦ, καὶ τὸ γένος τοῦ πενταλεγόνεα, καὶ ἡρός τοῦ θεοῦ μηδέποτε λέγεται. Non enim vertendum est, ita ut illi faciunt, ad proprium, ad genus, ad euentum, ad definitiones: sed, ad absurdum. Hoc enim docet philosophus: quæ argumenta affiri solent ad docendum aliquid non esse alicuius rei proprium, aut euentum, aut genus, eadem valere aduersus definitiones. Nam vt, si quid non reciprocatur proprium non est, ita neque definitio. & si doceatur genus non esse, id, quod in definitione pro genere positum est: ipsa quoque definitio periretur. quinetiam si quid ostendatur coruin quæ ad definitiendum adhibita sunt, μὴ τούτην, tolletur definitio: cum in tollendis etiam euentis eadem ratio valeat. est autem ita dictum ἡρός, vt in illis, ἡρός Λεπτίνων, ἡρός τοῦ Φιλίππου βασιλέως, & similibus. Sic & libro secundo τὸ ἡρός τὸν vocavit ea, quæ ad oppugnandam Σέτων valerent.

Correcitus & illustratus locus è secundo Topicorum.

C A P V T X.

Si QVANDO thesis nobis aliqua impugnanda sit, quæ sterilis, vt ita dicam, & ieiuna sit, neque magnum ullum habeat campum, in quo excurrere possit oratio: qua ratione huic incommodo occurtere ac mederi debeamus, copiosè Aristoteles libro secundo Topicorum docet. inter cetera autem quæ ponit aperte & accommodata ad orationem in planum ac patentem locum